

TRACTATUS DE
IVRIS ARTE,
DVORVM CLARISSIMORVM
IVRISCONSULTORVM,
IOANNIS CORASII,
ET IOACHIMI HOP.
PERI PHRSIL.

Quibus instituuntur legum studiosi, vniuersum
Ius populi Romani dispersum antea, diuulsum
& dissipatum, in artis rationem,
formamque reducere.
Cum INDICE copioso.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocrote. M. D. LXXVII.

Coll. Soc. Iesv. Salm. ex dono Regum.

Bibl.



AMPLISSIMO; INTE-
GERRIMOQUE VIRO, D.
FRANCISCO OLIVARIO,
MAGNO GALLIAE CAN-
cellario, Ioannes Corasius
S. P. D.



Vmima tua virtus, vit
amplissime, quam sa-
lutaris Gallorum Rei-
publicæ non solùm fut-
erit, verùm etiam ne-
cessaria, carento certè
melius quàm fruendo, & sensimus, &
intelleximus. atque id quidem tum ma-
ximè, tum stabilitæ iam, & optimis à te
legibus fundatæ Reipublicæ, statum, at-
que ordinem paulatim inuerti, commu-
tarique videremus. Vix nanque dici, aut
etiam excogitari potest, quantùm Iusti-
tiæ afflictæ, & veluti prostratæ squalor,
bonorum omniũ luctus, studiosorum
mœror assiduus, & vniuersæ Galliæ ge-
mitus, tui desiderium, memoriamque,
indies magis ac magis renouaret. dum
hæc velut suo orbata parente, tuam fi-
dem, pietatem, & admirabilem in om-
nes Reipublicæ partes prudentiam, tan-
quam legitimi tutoris, magna sedulita-

IOANNIS CORASII
IVRISCONSULTI, REGIIQUE
SENATORIS TOLOSÆ, DE
IVRIS ARTE LIBER,
quatuor partibus conclusus.

De Iure Ciuili, in artem redigendo.
Cap. I.



VS vniuersum popu-
li Romani, in artis ra-
tionem, formamq; re-
dacturi, (quod se ali-
quando cogitasse M.
Cicero, in L. Crassi
persona scripsit:^a) ma-
gnam profectò, & ar-
duam rem molimur:
dignam tamen, in qua

a Cicero. i. de
Orat.

elaboramus, in hac fortasse via, Iuris studiosis
melius consulatur, qui vel opinionum multi-
tudine exterriti, vel præceptorum difficultate
confternati, à Iurisprudencia, omnium artium
maxima, ac veluti regina, vel à limine nonnun-
quam facile deterrentur, aut in ea constantes,
parum præmouent, immensorum multiplici-
umque commentariorum, euolutione onera-
ti, quorum hodie magno nostro malo, tanta
est copia, vt eorum duntaxat nomenclaturam
facere penè sit infinitum. Institutum meum
scio, in deterio^arem partem rapient inepti qui-
dam,

IOACHIMI HOPPERI

PHRISII IVRECONSULTI

CLARISS. DE IVRIS AR-

te, Libri tres.

De Iuris Arte. Lib. I.



E V S Optimus Maximus
 duo nobis adiungens artiū,
 disciplinarumque genera,
 quibus nos, vitamque no-
 stram tueri, & in omnes par-
 tes confirmare possimus:
 vnum quidem genus con-
 tulit, quod ad vitæ nostræ cultum, & earum
 rerum, quibus quotidie vtimur, facultatem &
 copiam pertinet: alterum verò, quod in ijs in-
 dagandis exquirendisque versatur, quæ rectè
 iusteque viuendi vias continent, quæq; homi-
 nem conciliant homini, & ad religionis, & ad
 communis vitæ societatem. Et quidem cum
 tota humana natura partim corpore constet,
 partim animo: admirabili quadam ratione
 comparatum est, vt illud genus è mortali & ca-
 duca natura desumptū, cum beluis nobis & fe-
 ris animantibus sit commune: hoc verò, è per-
 petuis: illis & sempiternis ignibus delibatum,
 & cum ipso animo à Deo ingeneratum, efficiat
 vt cum dijs immortalibus putandi simus, &
 eorū agnatione & gente, siue stirpe teneamur.
 Sed sunt huius rursus duæ facultates, regales
 planè & propriè diuinæ, vt quæ in rebus omni-
 bus